Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sui demonis fecisse dixerit sicut nobilissimus discipulorum eius
plato commemorat. In quo tam ope maluit alienas quam suas
exornare sententias. Quid igitur causae est cur de istis hoc credant. qd
de illis discipuli eorum litteris commendauerunt. & de xpo nolunt cre
dere quod ei de illo discipuli consecuti sunt. presertim cum ab
eo ceteros homines sapientia superiores esse fateantur. quam uel eum
fateri dm nolunt. An ut illi quos isto multo inferiores esse non
dubitant uerace de se discipulos facere potuerunt. & iste non
potuit. Quod si absurdissime dicit. credant de illo que sapien
te fatentur. non quod ipsi uolunt sed quod apud eos legunt.
quia que scipserunt ab illo sapiente didicerunt. Deinde dicat
unde saltem quod sapientissimus fuerit nosse. uel audire po
tuerunt sine fama disseminante. Certiorne de illo nuntiata
fama est. quam discipuli ei quibus eum predicantibus ipsa per totum
mundum flagrauit. Postremo famam preferant famae. & ei
famae de illo credant quae maior est. Ecce quippe fama quae de
catholica ecclia quam stupent toto orbe diffusam mirabili
claritate dispergit. tenues istorum rumores incomparabiliter uincit.
Et porro fama tam magna tam celebris. ut eam timendo isti tepidas
contradictiunculas in sinu suo rodant. iam plus metuen
tes audiri. quam uolentes credi. filium dei unigenitum & dm
predicat xpm per quem facta sunt omnia. Sicut fama eligit testem.
cur non hanc eligunt quae tanta claritate prefulget. Si septu
ram. cur non euangelicam quae tanta auctoritate prepollet.
Hos certe haec de dis eorum credimus quae habet septuaginta eorum ann
quiorum & fama celebriorum. Quae si adoranda sunt. cur ea ridet
in theatris. Si autem ridenda sunt. plus ridendum est cum ado
rantur in templis. Restat ut ipsi uelint testes esse de xpo.
qui sibi auferunt meritum sciendi quid loquantur. loquendo